



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Anthologia Sacra**

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis  
versibus comprehensa

**Billy, Jacques de**

**Parisiis, M.D.LXXV.**

Deum supra res omnes amandum esse. 58.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

nobis hinc significari docet, eos *Moral.*  
 ut plurimū benignissimè ac sua- *cap. 29.*  
 uissimè à deo excipi, quos mūd<sup>o</sup>  
 reicit & aspernatur. Quod etiā *Ioan. 9.*  
 hinc patet, quod Ioānes de cæco  
 nato scribit, qui cū turpiter ac per  
 summā contumeliā à Scribis &  
 Pharisaïs è synagoga eiect<sup>o</sup> fuif-  
 set, cōfestim Christum obuiū ha-  
 buit, ingentique ex eius verbis  
 consolatione affectus est.

Deum supra res omnes aman-  
 dum esse.

58.

*F*œmina si pulchram capiens à coniuge gemmam,  
 Præ gemma nimio spernat amore virum,  
 Equis erit, qui non hanc excretur. Et omni  
 Dignam odio, dignam supplicioque putet?  
 Heu nos iste notat mutato nomine sermo,  
 Plenâque perfidiæ pectora nostra ferit:  
 Innumeris qui cum donis cumulemur in horas,  
 Preferimus danti munera sumpta Deo.

SCOHLIA.

*Fœmina si pulchram*) Argumen- *Tract. 2.*  
 m ij

*Tract. 2.  
in epis. 1.  
Ioan.*

tum huius carminis ex Augu-  
no sumptum est, qui in tracta-  
quodam his verbis vtitur: No-  
te prohibet Deus amare ista  
poralia, sed non diligere ad be-  
titudinem, sed approbare & la-  
dare, vt ames creatorem. Quae  
admodum, Fratres, si sponsus  
cerit sponsae suae anulum, &  
acceptum annulū plus diligeret  
quā sponsum, qui illi fecit  
nulum, nonne in ipso dono  
adultera anima deprehēderet  
quamuis hoc amaret, quod  
dit sponsus. Ac rursus: Arra  
dat sponsus, vt in arra sua ipse  
metur. Ergo dedit tibi Deus  
nia ista: ama illum qui fecit  
Ac rursus aliquanto post. Si  
cepto annulo diceret spon-  
Sufficit mihi annulus iste, &  
illius faciem nolo videre: quid  
esset? quis non detestaretur ha-

amentiam? Quis non adulterum  
 animum conuinceret? His nimi-  
 rû verbis docet vir sanctissimus  
 non esse nobis committendum,  
 vt amorem nostrum in rebus vl-  
 lis conditis defigamus, verum  
 per eas tanquam per scalas quas-  
 dam ad Dei amorem conscen-  
 damus.

---

Saluti, quandiu licet operam  
 dandam esse.

59.

*E*ta age non pigro nidum tibi finge labore,  
 Dum calor est, æstas ac tibi læta fauet.  
 Tristis hyems ventura breui est, ac nubila cæca,  
 Et, quos non cupias ipse videre, dies.  
 Cum supera in terras Christus descendet ab arce,  
 Criminibus pœnas constituetque graues:  
 O miserum, ex animo qui nil magis fecerit vnquam,  
 Quàm facit ex anima sua lutulenta sua.

SCHOLIA.

*Eta age*) Hæc verba ab Hesiodo  
 mutuatus sum quemadmodum  
 superius indicaui.

m iij